

Judicium et signi

ficatio Comete: qui apparuit

in fine dierum Iunij sub Anno Domini

1533. per Magistrum Adam

Thustinum à Tharnow vigi-

lantissime elucubratum,

ac in lucem editum.



AD LECTOREM.

Quæ tibi fatidicus pandit præfagia vates

Omnia, non vano corde referre puta

Nā cœli trutinās causas, quibus omnia subsūt

Dicere de cunctis, non nisi vera potest

Nō minus, & pallens visus qd nocte Cometes

Nunctiet, an lapsus an bona queq; ferat

Quare si rerum istarū te cura remordet

Hic facili expediet te breuitate liber.

Uendatur a Floriano Unglerio Cracouia.



XVI, 15

Qui metuit viri letalia signa Comete
 Hanc nauem ascendat tutus ubiq; fiet
 Turus erit bellis cladibus magnisq; periclis
 Tutus 7 in medijs fluctibus atq; mari
 Nec vitare aliter poterit discriminatari
 Tutior est isto nullus in orbe locus
 Hjs velis fugiat presentia damna Cometes
 Nec alia vite consulat arte sue.



Hic tibi nec bellum grassans per aera pestis
 Nec etiam effus, neq; nocebit byems
 Sic eat 7 semper felici nauiget aura
 Vastulis auspicijs, consilijsq; bonis.

Ad. J. L. fecit
 1722

2

Reuerendissimo in christo pa-
tri. & Dño, Dño Petro Thomiszczkij Deigra
Episcopo Eracouensi, & Regni Poloniae Vicecan-
cellario dignissimo, domino clementissimo.

Magister Adam Tullinus á Tharnow S. D.




V A M Q V A M N O N
ignorem dignissime praesul, incognitū
nō esse praesantia tua, Signa caeli, q̄
annis aliquot retro exactis toto fere
illuxerūt orbi. Summi dei monumēta esse, irā suā
ac vindictam ob scelera hominum praeserentia.
Videmus namq; huius infortunatissimi seculi no-
stri. Cum quosdam vel magno ac infectissimo erro-
re a via veritatis retrocedere, nec Deū aut opera
eius agnoscere, providentiam quoq; ipsius rejicie-
tes, homini quacunq; sensus traxerit sequi licitū
asserentes, nec sceleribus penā, nec virtutibus pra-
miū statuunt, tum quosdam, vel doctrinā sanā ac-
ceptātes intantū cecutientes esse, vt iusticie cultū
penitus deserant, neq; quid rectū, quid ve erroneū
sūt nosse cupiunt, atq; sensualitatem sectantes sce-
lissima quoq; virtutem putant. Quis dolosas frau-
des in circumueniendo proximo. Quis insidiosas
machinationes vnus in alterum in statu quolibet
hominum exprimerē poterit etiam nulle si loquat̄
linguis, id efficiet nemo, taceo publica quoque sces-
lestissima vitia, quae passim virtutis locum subeunt.
Et vt paucis loquar, in tam altum vitium caput
suum extulit locum, vt iam virtus, non sub pedis
tuis solum taceat verum oris delecta contra natu-

ram suam videatur. Conditor omnium pyssimus
deus, nō immemor antiquę misericordię suę, nolēs
in perditionem dare facturam suam aberrantem ā
via recta. Sensualibus ac pene rationem deserentibus,
qui nec legem diuinam, nec humanā sequi cupiunt,
qua ⁊ dilectionem dei ⁊ proximi amplectantur
Aspernantur quoq; ⁊ internam dei ⁊ externā
scripturarum sacrarū eruditionē. Signa sensibilia
celi, ire suę ac vindicte idiccia, ac si pater benignus
minitans pueris vt testantur eloquia diuina atq;
historie sacre sepissimę posuit, ⁊ nunc iterum atq;
iterum ponit, quatinus mala in penam scelerū pre
disposita ipsis cessantibus auertat, ad sese quoq; re
deuntibus, veniam ac gratiam conferat ⁊ vt ppo
sito redeam. Cometes annis transactis visus, non
aliqua mala partibus nostris signare creditus est
Et anno nunc currēte procreatus apertissime, hor
renda etiam naturaliter de eodem differendo signi
ficare dinoscitur mala Luius, pmissis causis natu
ralibus, astrologicis quoq; inuestigationibus vt
necessarijs discussione astrologica descriptionē feci.
Hanc ī lucem tradere cum animus esset, non igno
rans pleroseq; non humana solum sed diuina dicta
⁊ facta calumniari, liberā maliciam suam habere
cupiētes. Quādere prestātissime Antistes inutilitū
taliū hominum opinione ac argumento plus des
ipienti qm̄ sapienti minime motus, animo siquidē
ponens, elucubrationē hanc meam celsitudini tue
non ingratiā esse Et nimirum, cū singulari prudē
tia, dexteritate ingenū, integritate morum. Et opri
me vite fama, vel cunctos prestantia tua superat,
vel paucissimos similitimos habeat, vna pro omni
bus pleno ornamento dinoscitur Et preterea cum

Id. T. ob preclarissimam virtutem, & sapientiam,
dignitatis & spiritualis & secularis locum altissimū
habeat, facile efficere poterit, vt iram dei contineat,
sacri Moysis exemplo, mala in subditis cohibēdo,
in altioris status hominibus, consilio & prudentia
in rectiorem viam gressus deducendo, immortalis
premiū obrespectū. Sed de hijs hacenus. Hanc
ergo de fatali sideris elucubrationē, qualis qualis
sit Celsitudo tua suscipiat eo animo quo solet omnes
prosequi. Bene valeat celsitudo tua prestantissima,
ac me mancipium sibi deditissimum, omni animi benevolentia
amplecti dignetur.

Tempus: atq; celi status pro Co-
metis principio Anno Domini 1533:
 succensi die vigesima sexta Junij
 fere in meridie, in respectu
 poli 50.



Proloquium



COELI ENARRANT

gloriam dei, et opera manū eius annū-
ciat firmamentū. Psal. xviii. Philo-
sophi naturales admirātes opa dei,
spiritu diuino ex corporibus celestibus tantis atq;
tam palchre ornatis. Summā dei omnipotentia ac
irem ex eorū infallibili motu ordine decentissimo,
virtute quoq; et actiōe efficacissima sapientiā incō-
prehensibilem, demū ex permanentia immutabili,
bonitatem inenarrabilem, nō incognita acceperūt
Causam deniq; omnium, primā deum ipsum vocaue-
rūt, hoc Aristoteles philosophorū princeps in lib.
Metaphysic. xi. Hoc idem Plato diuinitissimus, hoc
quoq; recte Philosoph. affirmare, minime dubita-
uerūt omnes. Unde nō immerito sacer vates, cælos
atq; firmamentū, enarrare gloriā dei, spiritu diuino
affirmat. Antequā stelle celi aerei Cometes
dicte que anno nunc currente. 1537. in Junio
illuxerat naturam atq; quid præfagiat ex sentētia
astrologica, vt Deus et ratio dederit, edisserā, obie-
ctioni quorūdam desipienti magis quā sapienti re-
spōdebo, inquit nempē quidā sophisticātes. deus
est causa omnium, ergo nō celū neq; stelle, Respondē-
dum reor, antecedens notissimū esse, sed consequen-
tiam nullā. Siquidem deus est agens supernaturalē
infinite potentie, dans esse et operari omnibus crea-
tis, immediate quibusdam, mediate quoq; quibus-
dam, vel animis vel corporibus, et sine sensu tales
nō immerito dixerim, qui influxū celi et actionē ces-

lestiū nō sentiant. Et itē absq; rationē esse cum inē
narrabilem gloriam dei in celis relucentem, nō in-
telligant, putant corpora nobilissima tot ⁊ tanta,
nullo sine praterquā ornatus vniuersi gratia cō-
dita esse. Cum ⁊ filius dei, deus ⁊ homo, confirmās
opera natura, sapientia sua condita, ab inedicibili
conceptionis suæ exordio, nature modum tandem
non infinite potētia, in omnibus corporis sui dispo-
sitionē atinentibus, ad vsq; etatem perfectam ser-
uare voluit. Et quod pposito nostro attinet. Idem
futura ordinationis diuine opera, apostolis sci sci-
tantibus. Signa celestia posuit. Luce xxi. Math.
xxiii. Marci. xiiij. Negant preterea tales inmen-
sam bonitatem dei, qui dare perditioni nolens, fac-
turam suam hominem ipsum, ⁊ internis ⁊ externis
ad sese reducit commoniorib⁹. Cum signa amoris
tum qñq; ire ostentans, nouit etem sapientia incō-
prehensibilis dei, quosdā amore quosdam terrore
trahendos. Et item obiciunt vatis hieremie dic-
tum, eiusdem. x. A signis celi nolite timere, que gē-
tes timent. Sane mentis ignorare puto neminem,
vatem diuum à timore gentili quosq; auocare, qui
astra ceu minima habebāt at ea verebantur. Iustis
quoq; ⁊ ijs quidem pfectis, timorem quatinus in-
gerant nullum equū est, cum signa celi, vt plurimū
ire ac vindicte dei inditia existunt. Et hec sensua-
libus ac pene induratis, diuine vocis ac legis ver-
ba minime verentibus oculis subiciuntur, vt deū
agnoscant, punientem quoq; mala timeant. Quę ⁊
si naturaliter eueniunt, ipse tamen nature cōditor
existat. Et sicut ab eterno scelera hominum nouit,
etque et hec signa vchortantia ab eterno fienda di-

5
posuit, incomprehensibilis enim & infinita sapien-
tia dei non minus futura, vel preterita nouit q̄
nunc instanter presentia cernit. Sed de hīs ha-
tenus, ne prouinciam theologi magis qm̄ astrolo-
gi quis me assumere putet quāuis theologia na-
turalis non immerito censenda est astrologia ipsa,
vt fides plenior dicendorum adesset, hec necessario
premitēda erant, non admiranda etenim, sed & stu-
penda signa habentur ista.

Series dicendorum

¶ Priusquā deniq; ad declarationem iudiciariā
documentis astrologicis procedatur, quæ videli-
cet ijs cometes anno nunc currēte succensus signi-
ficet, atq; in quo genere rerum ac in quo statu ho-
minum signata cometis magis apparebūt. In qui-
bus locis, regnis prouincijs & ciuitatibus euiden-
tius sperāda sunt. Et quo tempore incipient, quan-
tāq; eorum duratio erit, operepretium est p̄mittere
ea ex quibus sumenda erit veritas dicendorum.
Qui locus veri cometis ex parte aeris, que cause
generales & speciales generationis eiusdem qui itē
locus ipsius ī respectu firmamēti, q̄ natura & dispo-
sitiō, quib; motibus feratur quod principium & q̄
finis in respectu signorum Zodiaci ac domorū celi
Tempus quoq; durationis quātum existat, siquidē
absq; hīs ex astrologorum precipue p̄tholomei ser-
uentia veritas iudicij fieri non poterit. Is namq;
ex anguli, succedenti, vel cadenti loco, amphorisimo
centiloquij ultimo, & item ex locis Zodiaci, quadru-
partiti, q̄, colligere iudicia docet.

B

De loco cometis ex

Parte aeris.

In Regione aeream philosophi in tres imaginantur diuidi partes, quarum prima data est volatilibus caeli, atque cunctis animantibus in superficie terre aerem spirantibus et respirantibus, roribus et pluuijs leuibus generandis appropriata. Altera supra hanc altior, condensatis vaporibus, tum ex terra tum ab aquis eductis, nubes tempestatibus, grandini niuibus quoque apras generat. In hac etiam aeris parte exuaporibus grossioribus querentibus sursum ascendere contingit ignitas impressiones accendere assimilatas Cometis que tamen veri comete non sunt, quibus nec motus circularis seu diurnus nec qui sit virtute stellarum per attractionem vel potius materie subministrationem, nec duratio longa competit, breui namque tempore consumuntur ac disperunt nec in magnam distantiam apparitionem suam distendunt quam breui concludunt orisonte. In hac etiam parte aeris contingit, et alias variae dispositionis ignitas accensionem generari soles, lunas, stellas cadentes, et his similes. Et licet tales magna aliquando portendant certo tamen loco et subiectis illius loci, vbi accenduntur vigilantibus sub diuo temporibus nocturnis sepiusculum apparere solent vnde fabulantur vel plures Cometas sese vidisse nec est quid mirum eis. Cometam vidisse se non discernunt namque an verus cometes sit nec ne, et vt plurimum easdem fieri contingit. Comete vero durante, vel ante in elevatione materiae pro Cometa vero, huiusmodi forte Cometas mystri

5
affirmabant hoc anno, plures sese vidisse, quamuis
vnus duntaxat Cometes verus successus sit In ter
cia siquidem seu suprema regione aeris ex materia
vaporosa subtili quæ alio nomine exalatio dicitur
generantur veri comete philo. teste. Et quæadmo
dum huiusmodi exalationē eleuari non contingit
nisi virtute magna planetarum superiorum p̄cipue
Saturni, Iouis, & Martis, aliarum quoq; stellarū
atq; luminarum cum testimonio, vnde & Cometas
subsequi non contingit nisi eclipsibus luminarium
in quibus præfati planete superiores fortes sint,
vel coniunctione magna eorundem procedentib;
Et ex hac ratione magna atq; horrenda portendere
dinoscunt, Albumasare teste. Tales astronomi stel
las secundas vocant ex eisdem quoq; iudicium cer
tius ac presentius affirmant, q̄ ex primis stellis In
quit em̄ p̄bo. amphorismo ceteroquū quarto. Ani
ma quæ ex natura iudicia dat, iudicabit sup stellis
secundis eritq; eius iudicium melius quā qui iudi
cabit super primas stellas. Idem amphorismo tre
decimo eisdem vti suadet quasi cooperantibus cau
sis. Ab aliquibus vocantur stelle secunde ideo, q̄
lucet & mouent̄ motu diurno, qui est à primo mo
bili sicut & stelle firmamenti. Dixit quoq; p̄bolo.
amp̄bo. xvij. Huiusmodi stellas vim secundariā
habere, eo q̄ virtus earū pendeat à primis stellis,
Idē colligit ex oīm sapiētū dictis. Cometas nō esse
causas, verum signa, effectū iam presentū ex cau
sis iam ante transactis persistentium, & sicut tali
motu partes mundi plures perlustrant. Eque mul
tis climatibus regnis prouincijs, ciuitatibus quoq;
capitalibus diuersa mala, & aliquando bona per
accidens tamen portendere dinoscuntur.

B ij.

De causis generalibus

Cometis istius & antecedentium.

N Ex omnium in arte astrologica peritissimorum documentis ac traditionibus evidentissime intueri licet, non nisi ex magnis atq; efficacissimis vniuersalibus causis puta eclipsalibus coniunctionumq; magnarum ac item particularibus annuis in idem concordantibus materiam pro Cometa generando subordinari, accedi quoq; in mense die & hora. Cū fortiores inuenti fuerint planete hū, qui esse ipsius significauerint Marti tamen ac Mercurio negocium tale appropriandū censet ptho. Principalius capite nono secundi. Multis non incognitum puto annis proxime transactis, tricesimo supra mille simū quingentesimum, ac item sequēte euenisse deliquia luminarium in signo Arietis equinoctiali capitali quoq; in quibus victores erant planete superiores. Marte ac demum Saturno principatū optinentibus quorū virtus tum quia intense vnta, tum quia ex superioribus quibus in multos suos extendere effectus conuenit annos, in multa durare tempora phibebatur, prout hucusq; perdurare dinoscitur. Sub tempore huiusmodi deliquij luminarium ex consistētia planetarum, quorundā in signis terreis, quorundam in signis aereis, posita erat causa evidentissima luce solis clarioz sublimationis materie pro Cometa annis sequentibus. Et quāuis pluries accenditur ex eisdem tamen causis ortum habet vnde recte ā quibusdam vnus hucusq; Cometes pseuerare dicitur ad hunc sensum qui dictus est. Et quemadmodū Aries signū equino-

etiale & principale circuli habet significare supra
partes mundi totius generali significato. Equae Leo
metes pluries accensus, verum non est possibile effe
crus ex causis eiusdem, in omnibus partibus mundi
simul apparere. Sed diuersificari, secundum natu
ram loci & dispositionem materie. Nec eadem Come
tes pluries succensus notificat. Cometes namque in
Cancro succensus sub anno D. 1531. & si plu
res mundi circulu astrabat partes, non omnibus
equaliter visibilis magis attinebat occidenti & sep
temtrioni nempe ex eo quod partem eandem versus
succensus ac item extinctus quatuor peragratis si
gnis extiterit. Alter demum anno sequenti proxi
me lapsus in Leone subortus plus attinebat orien
tali ac meridionali plage mundi versus namque eam
dem partem principium accepit atque finem. Is de
mum anno nunc currente in Geminis progenitus
pleno iure septentrionali parti mundi pertinere
dinoscitur. Cum in magna latitudine septentrio
nali ac declinatione succensus & extinctus existat.
Et preterea. Jupiter sinodalis coniunctionis in Pi
scibus multum borende principalis dispositio ex
consistentia ipsius in signo profectionali annue re
uolutionis sese participem ponit & in sublimatione
materie Cometis & effectuum representatione cum
prafatis Saturno & Marte, multum eiusdem pre
eminens hec de causis generatibus.

De causis specialibus & loco Zodiaci Cometis anni nunc currentis.

C Existimant multi nō possibile esse, Cometem futu-
rum prescire atquæ principium, locum quoquæ
ipsius certum assignare. Et si quidem id sit difficile,
non tamen impossibile, cum præcognite fuerint ⁊
generales ⁊ particulares, antecedentes ⁊ præsen-
tes existentia ipsius causa. Unde Comētis anno
nunc currente 1533. successi in Junio, quāvis
causæ generales iam assignate existant eclipsales
videlicet in quibus Mars principaliter præerat,
tamen ⁊ coniunctionis planetarum horrendæ in
Discibus sinodalis dictæ concausæ non deerant in
anni currētis initio specificantes esse ipsi⁹. Mars
namquæ angularis in Aquario signo aereo, tum ⁊
Mercurius in Discibus signo aqueo commutata
loca habētes ex coniunctione præfata sinodali in
Discibus cum Jone decurrēte in signo pfectionali
coniunctionis eiusdem, in Sagitario signo igneo in
efficacissima fortitudine, sua ⁊ ex parte Solis ori-
entalitate ipsa, posuerant possibilitatem magnam
elevandi materiam pro Comētis existentia ut an-
no trāsacto meminērā in declaratiōe oppositionis
eclisपालis, in quā incidit Cometes de quo sermo
nunc agitur. Locum quoq; succensionis ipsius in
signo Leonis ⁊ Geminorum signauerant. Quod de
Leonis signo mentionem tantum modo feceram,
consideratione Martis solum id euenit, non ani-
mamaduertens Mercurium ex parte Solis mul-
tum potētem habentē interesse simile cum Marte
pro Comētis incensionis. Quid mirum mille oculi
astrologo necessarij sunt, qui recte futura ex astris
preuidere querit, cum non solum à scientia sed ex ip-
so iudicium omne pendeat ex sententia Dtho. am-
pbo. centiloquij primo. Demum in coniunctione ꝙ

81

Subsecuta est accensio, virtus planetarū eorundem qui disponebant materiam fortissima erat, habens statum cœli, radici anni consimilem, ex quorum ratione ascendens, et hora assignata sunt, vt in figura ante posita conspicias, pro incensione eiusdē Comæ ordinata, gradus deniq; loco Lune non inueniēter assimilari deberet, ex quo omnes plane te opera sua in hec inferiora per Lunam demittūt vt exptissimū habetur ex applicatione ipsius vni cuiquæ planetarum. Nec tñ succensio et si Marti et Mercurio equæ tribuenda est, cum vterq; aspectū ad Lunam proximū habeat. Mercurio nempe magis, cū eius radio et fortiori et efficaciori applicabar, vnde nō absq; ratione gradum loco Mercurij assimilandum esse censeo videlicet. 12. Seminozum in latitudine septentrionali gradu xxi. ppe stellam nature Mercurij et Martis hircus agitatoris dictam, circa quam stellam tandem cognitus est, non in magna distantia hactenus de principio incensionis Comete.

De motu Comete huius

in comparatione prectendentium

¶ Clarius ac multiplex in Comæ prioribus apparuit motus. In cancro Cometes succensus remotissimo mouebat motu, quatuor siquidem in quatuor septimanis successione signorum gradiens, et Zodiaco appropinquans preter motū diurnū pagrauit signa, in Leonis vltima faciæ, deinde anno transacto subortus tardiori grassabatur motu, nā in longiori tempore vt predictū erat pauitiora attigit signa, adouebatur quoquæ succensione signorum

ab equinoctiali continue recedens. Is vero in Sc
minis preceus a principio succensianis suæ, tribus
fere septimanis vni signo fixe besit, quadiu sol sub
Lancro decurrebat, at sole signum Leonis subin
trante, præter motum vurnum, qui est a primo mo
bili mira velocitate retrocedere cepit, sic quod sole
sub Leone decurrente ad Aquarium vsq; deuenit,
randem lentiori mouebat motu continue retroce
dendo. Ibidem quoq; in Aquario coniunctus erat
luminari eclipsato. Motus ipsius retrocessionis So
diaco equæ distans erat sed continue ad equinoctiale
appropinquabat, gradiebat quoq; per hec signa
via combusta quæ lactea dicit, in Tauro et Ariete
existens transibat cenit regionum nostrarum. Et
preterea quia ortu matutino caruit, ferebatur namq;
toto tempore in orizonte superiori vnde solummodo
ortum Cronicum seu temporalē habuit quo a prin
cipio in vndecima, circa medium durationis suæ
in decima, in fine vero extinctionis in nona domo
radijs solis liberat; apparebat, in qua et succensus
erat, atq; tali motu retrogrado hec signa Taurū
Arietem Pisces Aquarium transiens, in Aquario
multo tempore perseverans in principio eiusdem
vel finem Capricorni in parte cōtingens extinctus
est. Tempus durationis ipsius bucusq; ad feriam
quartam post Bartholomei septimane nouem, lu
nationes vero due integre cum media, neq; speraba
tur duratio eius diutior vt quantitas et quies in
dicabant. Nec amplius apparuit, eadem namq; se
ptimana totaliter extinctus est.

De natura dispositione

9

Colore & cauda comete eiusdem.

Quāuis virt⁹ pluriū planetarū sublimat materiā atq; format naturā Comete mixtam quoq; efficit, vincti tamē, natura ipsi⁹ principali⁹ approprianda est, signanter quam color dispositio, quantitas in basi & cauda approbant. Signū quoque in quo principium acceperit nō minus considerandum est ex hijs omnib⁹ principaliter Mercurio natura ipsius attribuenda est, vitz. ex ratione signi, magnitudine caude colore quoq; cineritio, que aperte in eo vinoscebant, deinde Marti & Saturno postremo Noni hū namq; in exalanda materia Cometis fortiores erāt, successu deinde repositis, color ipsius variabatur aliquando enim atbicās aliquando pallidus aliquando rutilans apparebat, id & ex natura signorum ac planetarum quorum radijs afficiebatur vt puto eueniebat flexibilem quoq; caudam habuit in partes varias, constantius tñ in partem orientalem ac meridionalem deflectebat, quam deinde in toto amisit arietem transiens ferebatur tandē in massa sua quantitate eadem per alia signa vt dictū est retrocedendo ad extinctionis locum: hactenus de hijs que premitenda erant necessario. Habes iam candido lector, vt ars & ingenium dedit ostensa ex quibus pendet & summēda est iuditiaria Cometis huius declaratio. Eā quoq; necessario premitere visum est, plura siquidē qui intime hec cōsiderare velit eliciet quam scripta hic inueniet, tui tamen candoris erit, in tā arduo & difficilli negotio hijs que dicentur, beniuolum sese censorem prestare, atque boni consulere.

Judiciaria Cometis

declaratio.

N Judiciaria Cometis huius declaratione hac pa
sequi via non in consulte conuenit qualitatem effec
tuū notificādo. In quo genere rerū, quibus in lo
cis atq; subiectis ac quo tēpore eueniant ostendere
Quantū ad primū que qualitas sit effectūū **O**sten
sum est. Cometem non causam, verum signum effec
tuū iam presencium esse, vnde principaliter recurrē
dū censeo, ad causas, ex quibz, et esse, et natura. Co
mete existat, deinde ad uirtutem et naturam plane
tarum in accensione et duratione ipsius fortitudinē
habentium. Jam ante Cometis istius et antecedē
cium causas eclipsales arietinas. Et coniunctionis
sinodalis in piscibus, de quibus multi scientie as
trophice peritissimi horrenda opinati sunt, insinua
ueram. Quorū adpresens nomina cōmemorare nō
necessarium video. Quarū effectus etsi in parte ma
gna iam completos esse seuisime nemo ignorat. In
maiori tamē parte, heu messo animo dixerim, expec
tandi veniunt. Nisi optimus p̄simum deus placā
tus sententiam mutauerit. Mercurium Martem
Saturnum atq; Iouem, et ex eclipsalibus et coniu
ctionis magne sinodalis causis, significatores istius
Cometis dixeram, qui et in accensione simul et du
ratione apertissime fortiores extiterunt. Cadere is
Cometes cum ex loco tū ex natura planetarum, ma
lorum precipue fortitudine vincente. Horrenda ma
la significare atq; representare vinoscit. Mā ex cōsi
stentia ipsius in domo cadēte, egritudines multas.
varias atq; repentinas mortes ex sententia p̄tholo
amphorismo centiloquij vltimo signat, hec eadem

Mercurius receptor Cometis a principio ortus sui
 radijs Martis illustrat ex domo Martis, et inficiens
 signa equinoctialia vna cum Saturno confirmant
 Mercurius itaq; et ex natura sua et earundem in-
 fortunarum, inducet rationis impedimenta, sensuum
 quoq; destructionem, dolores ventris, apostemata gu-
 turis, ascellarum, ginguinarum, q; febres quodia-
 nas, facile transibiles et etiam multo tempore durantes
 tertianas quoque acutissimas. Aderunt preterea
 morbi ex causa frigida et humida pullulantes, puta
 fluxus intestinorum, pthisis, catbarus, ancer, in os
 sibi dolor et huius modi, et generaliter, egritudines
 ingenerabunt tales ex quibus infectio pestifera fa-
 cile excrecere poterit. Superinducuntur preterea
 morbi, quibus nec nominatio cognita patebit hec de
 egritudinibus. Et hec mala forte tollerabilia essent
 Sed ultra hec quod principalius hac Comete signi-
 ficandum existimo. Cum ipse Mercurius sit indu-
 strie significator, et ea ad presens et Saturnus et Mars
 illi peruersam suggerunt. Suggester itaq; magnam
 industriam ad omne malum perquirendum, frau-
 des, rapinas, dolos, furta, cedas, captiuitates, opes-
 siones quoq; insidiosas. Non deerunt preterea, tu-
 multus bellici, et domestici et ex alienis hostibus, cum
 cede et morte multorum, aderunt ciuiles discordie, atq;
 inimicie in conuulgo, dissidia et factiones in vo-
 troq; inter vtrumq; statum hominum, taceo (quod ab-
 sit) inter spirituale et seculare, ex quibus subsequi po-
 terit regni veterum plurius destructio, aderit pre-
 rea, si deus permiserit. In legibus diuinis atq; hu-
 manis annihilatio. In religionibus quoq; scissio ac
 defectio, plura super his silentio transco, maiora ad
 hec q; infectionem pestiferam habentur testimonia

Hec habentur significata generalia Comētis quo ad malum cuius principaliter quilibet Cometes est significator vt ex verbis Ptho. ⁊ aliorū in arte Astrologica peritorum elicere conuenit. Et qm̄. Iouem concausam, cui Venus sese in subsidiū adiungit dixi, hū planete effectus tales, tēpore aliquo mitiores reddere, non taliter tollere poterint, qui licet in esse suo sint fortes à Sole tamē non tm̄ fortificati quantum infortune, tota duratione Cometis, hec de qualitate effectuum, plura in genere rerū ostendētur.

In quo genere rerum

ac in quo statu hominum signata Cometis magis apparebunt.

¶ Quēq; celestis actio generalis ⁊ particularis primo in elementa, deinde in elemēta pcedere dignoscitur, vnde ex quo Cometes vt premissum est retrocedēdo, signauit infecta esse signa quadruplicis triplicitatis, influxu planetarum nature viuentiū contrariarum, apparebunt itaq; effectus in Comete signati p̄io in elementis aere, terra, igne, ⁊ aqua, inducetur namq; causis particularibus subsequenti- bus aeris magna intēperies, quādoq; ventris tempestuosus, quādoq; siccitate excessua ⁊ multū durante, quādoq; frigiditate superabundante, quādoq; humiditate excedēte. Ex qua distemperie inducēt destructio in fructibus arborū ⁊ quibusuis ē terra nascentibus. Inde sterilitas terre, aque infecunditas, aeris venositas subsequi etiam poterit hec ex ratione signorum in respectu ad elementa. Apparebunt secundo loco effectus in elementatis, primo

11
in hominibus sexus & conditionis cuiusque ratione
signi humani, in quo Cometes principium accepit,
ac item quia Mercurius & Saturnus libram, Mars
quoque Aquarium signa humana radijs aduersantibus
infecerunt. Et quia is Cometes succensus in
cadente in nona, processit ad succedentem ad undeci
mam, deinde ad decimam domum angularē ascen
debat. Et in hijs tribus domibus oriebatur. Ero
nice ut dictum est A vulgo ignobili incipiet malū
procedet ad statum mediocrem, ponet finem in altis
simo statu hominum. Quid praesagiat Cometes con
iunctus cum luminari eclipsato in decima non est
meum ad presens iudicare, minatur forte aliquibus
status alti personis necem, hec erant generalius
dicta. Specialius quoque subiecta Mercurij ut sunt
studij philosophiae dediti oratores, secretarij, scri
be atque reliqui lingua & ingenio laborantes, merca
tores, pueri, serui, virgines, muliercule quoque caste
Atque item subiecta Saturni ut senes, & in etate pro
uecta constituti vel etiam qui officia Saturnia exercet
ut sunt agricole, sutores, cerdoes, corrigarij, fulones
fodinarij, lutifiguli, & hijs similes percipient signi
ficata Cometis istius, oppressione praecipue & egritu
dinibus, id praecedunt significatores eorum a sole combu
sti. Apparebunt tertio loco effectus praefati in anima
libus brutis, domesticis, minoribus & maioribus, ge
neris cuiusque, in maiori tamen nocumento in bobus
& vaccis, quam Mars fere toto tempore durationis
Comete per Taurum mouebat. Quarto loco in
aquis & aquaticis animalibus multa erunt impedi
menta, & signanter cancri insalubres erunt, immo
paucitas eorum apparebit & aliorum piscium, ex sa
turno in cancro decurrente. Ultimo loco, & id ex sen

tentia Ntho. expressa ampho. centiloqij vltimo. Rē
gna, principatus, ciuitates, quoq; capitales. Reges
principes, z quicq; in officijs publicis constituti qui
bus ylegia principalia in hjs signis vel qui hec si-
gna angularia habuerint primam medietatem ge-
minorum, demum Tauri, Arietis, Discium, z A-
quarq; signa integra in inicijs suis, in tronsationi-
bus, natiuitatib; reuolutiōib; quoq; ac pfectiōib;
sentient nocumēta egritudinū, vel potius mortis.
Qui vero hec signa habuerint in succendētib; de-
struent thezauri eorū z mutabūt cōsiliarios. Qui
vero in cadentibus eadem signa habuerint, carce-
ribus z infirmitatibus opprimēt, accidet quoq; vl-
t accidere poterit talibus mors subitanea. Et prete-
rea Christiane legis veri cultores z si aduersitatib;
afficientur multis, vertēt tñ in consolatiōē z ma-
iorem exaltationem aduersitas eorum qui in recta
z honesta via steterint, z hactenus de hjs.

In quibus locis provin- cijs & ciuitatibus significata hec speranda sunt.

¶ Quem admodum vt ante dixeram is Comētēs
in magna latitudine septentrionali, z accētus z ex-
tinctus est, apparebunt effectus in eodē signati effi-
catus in partibus septentrionalibus. In climati-
bus vero sexto z septimo, z vltra septimū clima in
cole non erunt liberi ab eisdē effect; appertius ta-
men, z cum maiori nocumēto in climate septimo se-
uient hec signata nā illic supra cenit vel .ppe grassa
batur longiori tempore, ā radijs solis tiberior, desi-
gnanter preterea effect; huiusmodi. Asiē minori, z
Europe. Ex asia principalius z maiori vehementia

12

belli tumule^s suscitabant in Europā, præcipuè ta-
men in partes magis septentrionales, Procedet ⁊
ex Europa in Africam bellum iam ante inceptum.
In regnis prouintijsq; europe maiora dissidia ⁊ tu-
multus belli sperandi sunt, partem septentriona-
lem versus suscitandi. Et demum inter asiaticos
Asie maioris, hec ex triplicatibus signorū que Co-
metes gressu suo illustrauit. Eadē ⁊ declinatio ra-
diorum seu vt vulgo dicitur caude, in partes easdem
reflexorum, vt pmissum est, indicabat. Demū ex na-
tura signorum, que Cometes gressu suo infecit hec
regna. Armenia Egiptus Anglia Flandria Hiber-
nia, prouincie circa littora maris asiā versus mino-
rem. Polonia; vtraq; Russia alba Britania Bal-
lia Almania Persia Portugalia Hispania Alexā-
dria Bacia Suecia Moravia Lituania pars. Ex-
ciuitatibus deniq; Ligurium. Parisius Nissa Pos-
nania Bononia Sene Craconia Verona Vincetia
Viterbium Placentia Slogouia Ierusalem, per sen-
tient effectus significatos in Comete isto, hoc est pe-
ricula ⁊ damna, vel pestifera infectione egritudi-
nis quoq; vel igne, vel gladio, vel fame. Nec intel-
ligendum est hec loca vel regna, omnibus hīs ma-
lis obnoxia esse, sed aliquibus ex hīs. Non em̄ ma-
lorū tanta cōgerie p̄ssimus deus misericordie sue
ob respectum suos affliget, quibus ad se redeuntib^s
parcere paratus est. Sed hec particularius in an-
nūis reuolutionibus significabitur, cū ad presens
non particularia verum vniuersalia quorū signifi-
cator est cometes animus erat differere. Nec parui
miraculi signale hoc, reputandum est, cum cōtra na-
turam suam ā sole retrocedens: natura namq; Co-
metis est circa solē obuersari, has domos vertiga-

les hemispherij superioris perlustrabat, preterea nō omnibus hīs vt predictū est hec mala euenire speranda sunt, nisi dispositis ad ea. Et maiorem conuenientiam habentibus ad predicta. Nā fata seu influxus cœli ad ea que ex voluntate hominis sunt, nō violentat sed solum inclināt. Et prouidētia ac consilijs in contrarium duci possunt deo auxiliante inuocato. Et insuper velim latere neminem. Quia effectus in precedentibus Cometis signati nondum in toto completi sunt, immo acerbiores expectādi veniunt. Et durationem eorum is Cometes confirmat & ultra hec quedā specificat vt expressum est reuocanda in memoriā sunt, & signata eorum.

De inceptione et duratione talium effectuum.

Quantum ad vitimū, quo tempore effectus prefati euenient, quantoq; durabūt. Cum cometes nō causa sed signum sit effectū presentium. Sētencia plurimum est Comete nascente, iam effectus presentes esse, ptho. capite nono secundi. Ex affinitate Cometis ipsius ad solem, principiu effectuum accipiendū censet, vt si mane apparuerit citto vēturos, si vero vespere illuxerit tarde subsequi. Tali item per horas mensurandos esse modo quo de eclipsibus dictum est, opinatur. Ex quantitate demum durationis Comete quantitas durationis effectū ptholo mei dicto perhibetur, vt reor id ipsum sensisse habita natura signorum, & planetarum fortitudine, natura quoq;. Nōis adamussim pensatis viczt. habitudine ipsius ad solem, natura signi, & planetarum acceleratio uehemens, atq; duratio longa effectibus cōcedenda est. Nam orientalis in principio, occiden-

talis quoque in fine is Cometes cognitus est. Et quamvis occidentem versus accensus sit non tamen in occidentem apparere potuit cum sequi solem ad occasum, eadem concessum, non erat sed semper antecedere, preterquam dum solis oppositionem transiret, nec ori fonte verum radios solis duntaxat occultabatur, ipsis quoque extinctis lucem suam ostentabat, ex hac ratione orientalitas illi principalius tribuenda est, sic quoque et acceleratio effectuum ex habitudine solis. Signum commune indifferentiam ponit. Mercurius tum ex natura sua, tum ex natura signi accelerationem effectuum attestat. Saturnus ex natura signi eandem confirmat. Mars vero ex natura signi diuturnitatem promittit, virtus demum unita eorumdem. Mercurii Martis et Saturni, orientalitate solis eisdem concessa et multum adaucta, in multa tempora, menses et annos insinuat durationem effectuum eorumdem, notabilius tamen, et maiori nocumeto duobus proxime sequentibus annis persentient incommoda predicta. Ex hac ratione quod duabus lunationibus integris et ultra, is Cometes perseverabat, quamvis dubium non sit, in longiores annos, mala predicta extendi, non tamen cum tam vehementi nocumeto, unde in fronte Comete, augmentate sunt in hominibus egritudines febriles, quotidianae, et tertianae accurate ex natura Mercurii et Martis, dolores capitis pectoris et ventris impedimenta. Quae et ad finem anni, modo similique nocumeto durabunt. Non erunt quoque infective et mortales preterquam thaurinis. Ex bonitate et fortitudine Iovis irradiante stigma equinoctialia. Et quibus decurrebat Cometes preter Taurum, tanta namque bonitas est. Iovis, ut communis fert fabula si ipse solus esset in celo nihil mortale esset

in terra. Et queq; alia minutiona ei⁹ hãc eandẽ sen-
cient p̄tectionẽ. Que vero tauro subsunt vt boues
vacce Et alia scissas vngulas habẽria, talia egritu
dinibus mortalibus afficiẽt, Nec bonitas ⁊ for-
titudõ Jouis, circa, vel post diui Martini festũ de-
ficiet ⁊ commutabitur fere in malitiam, deueniens
in signum casus sui, in quo Saturni radijs in sca-
bitur oppositis, ⁊ ratione mutue receptionis in ma-
litiam magis component q̄ in bonitatem. In an-
nũs demum reuolutionibus hec specialius ⁊ cla-
rius videnda erunt que vel adaugere vel impedire
possunt priora significata. Cunctatio seu immobili-
tas, in principio ⁊ fine Comete ipsius, domestica
bella ⁊ dissensiones ciuiles à principio ⁊ in decli-
natione effectũ attestatur, Nec bella domestica an-
nis plurib⁹ sperãda fata tradũt in regnis ⁊ ciuita-
tib⁹ cũ gemis ⁊ aquario participationẽ habẽtib⁹
vel que hĩs signis subsunt, ob legum ac sectarum
pietatem, vel potius defectionẽ. Anni tñ duo proxi-
me sequentes tum ex hac Comete ⁊ precedentibus
tum ex eclipsib⁹ in aquario iã peracta, ⁊ Aquario ⁊
Leone irẽ supuẽiẽt año p̄rio multo atroci⁹ vebemẽ-
ti⁹ quoq; mala predestinata in penam peccati indu-
cent fato influxus celestis, vt insinuatũ est. Mihi a-
gẽs supnaturalẽ deus gloriõs⁹, qui celo p̄sidet ⁊ sive-
ra regit supliciter oratus sententiã mutauerit. In-
uocitur itaq; quia benignus est ⁊ prestabilis super
malitia hominum. Signa tandem cœli minime for-
midanda erunt, p̄pbeta admonente. A signis cœli
nolite timere, vt à principio inductum erat. Tolle
materiã pene nõ aderit causa vindicta. Plura theo-
logis super hĩs differẽda deferro. Nec q; dicta sũt
ad p̄ns sufficiant. Finiſ indicij Comete.





XVI, 15

